

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

§. 51.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

## §. 51.

Confectioni plurium de eadem protestatione instrumentorum s. potius plurium exemplorum ejusdem instrumenti nihil omnino obstat. \*).

## §. 52.

Protestationis instrumentum absque protocollo praemisso confectum ex rationibus generalibus non quidem invalidum puto; maximam tamen utilitatem sine dubio praestat anterior protocolli confectio, cum amisso forsan ipso instrumento aliud vel etiam plura e protocollo restaurari possint. Prudentiae igitur maxime consentanea mihi videtur necessitas istius protocolli legalis, pluribus constitutionibus particularibus iussa \*\*).

## §. 53.

b). *Protestationis judicialis.*

Vix adhuc monendum est, posse deficiente notario de protestatione cambiali adiri iudicium atque eandem ad acta registratura, s. uti dicunt protocollo, consignari indeque exemplum describi \*\*\*); quanquam etiam istud a quibusdam negatum sit. Attamen nulla certe ratio sufficiens allegari potest, cur judicialis auctoritas notariali minor sit aestimanda? — Cum vero a personis judicialibus

\*) cf. *Augsburg, Wechselordn.* v. 1778. cap. 5. §. 1. in UHL. cont. IV. pag. 90.

\*\*\*) *Augsburg, W. O. I. c.*

\*\*\*) HEINECC. elem. j. camb. cap. 4. §. 36. et ZIPFEL. ibid. cit. L'ESTOCQ I. c. cap. 4. §. 36. RICCIUS I. c. §. 34. PÜTTMANN §. 112.